

*nella Città di Catania si ritrouaua Federico Secondo Imperatore, e da lui pigliò in prestito noue milla marche d'argento, al peso di Colonia: e per restitutione della somma predetta, gli obligò le terre, luoghi, e giurisdittione del dominio suo, seriosamente descritti nel seguente instrumento.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Anno salutiferæ Incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo vigesimo quarto mensis Martij, duodecime Indictionis, imperante Domino nostro Federico Dei gratia inuictissimo Romanorum Imperatore semper augusto, & Rege Siciliae gloriosissimo, Romani Imperij eius anno quarto; Regni verò Siciliae vigesimo sexto feliciter, Amen. Nos Simon de Tocho maguæ Imperialis Curia, & Capuæ magister Iudex, & nos Henricus de Tocho, & Rosfridus de Sancto Germano eiusdem magnæ Curie Iudices præsentis scripti, seriè declaramus, quod in præsentiam nostram, & Illustris Viri Domini Raynaldi Ducis Spoleti, Comitibus Henrici de Malta, Domini Lamberti de Monialino, Bartholomæi de Arrichito Iustitiæ Cattaniæ Magistri, Raynaldi Ottoboni Campsoris Domini Imperatoris, Gulielmi de Rodolpho Ianuensis, fusci Miserale, Leonis de Pando; & aliorum testium subscriptorum. Illustris Vir Dominus Gulielmus Marchio Montisferrati confessus est, se recepisse mutuo à Domino nostro Federico Dei gratia Serenissimo Romanorum Imperatore semper augusto, & Rege Siciliae, nouem millia marcarum argenti mercatal. ad pondus Coloniae, quarum quilibet marchia tenebat mediam vntiam, quas promisit se soluturum ipsi Domino Imperatori, vel eius certo Nuncio stipulatione solemni, sine omni quæstione, & controuersia facti, vel Iuris. Pro quibus omnibus adimplendis, obligauit sibi omnia bona sua immobilia, quæ habet in Ciuitatibus, Castris, & Villis, siue in allodio, siue in homagio, siue in seruitio, siue in pedagio, siue in fodio, siue in redditibus aliquibus, seu iuribus, siue angarijs, siue perangarijs, seu aliquibus exactiõibus, specialiter illa, quæ habet pro allodio suo; scilicet ista: Sanctus Saluator, Noue, Villa, Vignale, Moncaluus, Grazanum, Cereserum, Ponsturiæ, Caminum, Monsbellus, Gabianum, Sancta Maria de Creta, Tonchum, Odalengum, Cluaxium, Berzanum, Verolengum, Leynicum, Casellæ, medietas Felizani, medietas Castelleri, aliam medietatem tenent Alexandrini, qui de iure eam debent amittere, medietas Sezadij, & aliam medietatem tenent similiter Alexandrini, medietas Retorti, aliam medietatem eodem modo tenent Alexandrini, medietas duorum Castrorum de Carpaneto, aliam medietatem prædicti tenent eodem modo, medietas Castri noui, & aliam tenent prædicti eodem modo; Ricaldonum, medietas pedagogij, & reddituum Alexandrinorum, obligauit etiam sibi, ea quæ pignori ab ipso Marchione obligata sunt, videlicet ista Valentia est in pignore à Papiensibus pro libris quatuor millibus, Pomaria est in pignore à Papiensibus pro libris tribus millibus; Lù est in pignore Roberto Cattaneo, minus quam libris Papiensibus mille, Casurtium est in pignore Alberto de Cortisellis, minus quam libris Papiensibus mille, Villa est in pignore à Vicecomitibus Valentia pro libris Papiensibus sexcentis, Monsbaruz est in pignore à Petro de Ponzono pro libris Ianuensibus quadringentis,